cuius contrariae parti eiusque posteris totiens quotiens opus fuerit satisfacere et super his omnia adimplere tenebuntur nulla praescriptione terrae diuturnitate seu diuturnitate temporis absque [illegible] in praemissis obstante.

Actum in Castro Premisliensi

30/IV Sabbato in vigilia festi sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Coram Generoso Alberto Lutkoslawski Glacifero Terrae Vicecapitaneo Cancellarioque officii Castrensis Premisliensis Judice Officioque et Actis.

Orzechowski et Orzel

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Generosus Andreas Orzechowski de pallatinatibus Terrarum Districtibus Jurisdictionibusque suis quibuscunque propriis a foro competenti recedens sese praesenti Castrensi Premisliensi Jurisdictioni subiciens quo ad actum et effectum praesentis Inscriptionis attinet incorporando et subiiciendo Sanus mente et corpore existens per verba grata ac per expressum recognovit. Quia Nobili Lucae Orzel et eius legitimis successoribus summam Triginta Quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis certi veri liquidi meri ac essentialis debiti tenetur et est debitor praesentibusque sese ac successores suos in et super bonis suis omnibus inscribit et obligat eandem summam [illegible] de Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo in Castro Premisliensi circa Acta praesentia Castrensia Premisliensia totaliter et in effectu exsolvere reponere relinquere ac officio pecuniam aut proventus arrestare Sub vadio similis summae Triginta Quinque florenorum pecuniae monetae polonicalis In defectu solutionis summae capitalis praemissae tempore superius scripto solutioni assignato ac soluto [illegible] quidquid de die eadem solutioni assignata nullo Decreto cuiusvis Judicii aut officii accedente solummodo virtute Inscriptionis praesentis in summam essentialem

et capitale debitum vigesimi Septuaginta florenorum pecuniae monetae polonicalis convertetur Hoc idemque vadium cum summa essentiali in et super bonis omnibus praedicti Orzechowski extenditur Inscribitque se nihilominus eiusque successores suos in et super bonis suis omnibus praesentem Inscriptionem ex his Actis ad Acta Terrae Premisliensia ad demissionem [illegible] Anni [illegible] ferre et transportare sub vadio Triginta Quinque florenorum pecuniae monetae polonicalis. Pro quibus quidem vadio et vadiis ex praemissis et [illegible] succubitur et succumbent quotiens se praenominatus Andreas Orzechowski cum successoribus suis praefatum Lucam Orzel et eius posteris citare praesentes totiens recedens ab omni proprio foro competenti Coram Judicio Castrensi Capitaneali Premisliensi cum bonis successoribus bonisque suis omnibus ultro incorporat semper in primo Citationis termino tanquam peremptorie stare parere debet Inscriptionis praemissae circa omnibus contentis satisfacere cum suis successoribus totiens quotiens opus fuerit Nulla praescriptione Terrae in praemissis obstante Eodem termino primo peremptorio et aliis subsequentibus Terminis nullis novis quibuscunque Cessionibus Motionibus appellationibus cavillationibus exceptionibus Quassationibus specialiter tamen Marcae Sessionibus ac quibusvis Constitutionibus Laudatis et laudandis legalibus quibuscunque subterfugiis in praemissis eneruandis subterfugiendis Imo sibi et successoribus suis omnibus viis remediisque abrenuntiando et abdicando Quod recognitum et firmatum est.

Actum in Castro Premisliensi

Feria Secunda post festum Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Coram Generoso Alberto Lutkoslawski Glacifero Terrae Vicecapitaneo Cancellarioque officii Castrensis Premisliensis Judice Officioque et Actis 2/V

Molczicki arendat Smlodowski

[illegible] Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus